

Genesis

et dixit ei. Quid fecisti nobis: Quid peccavi-
mus in te: quod iduxisti super me et super familiam meam
in peccatum grande. Que non debuisti facere: fe-
cisti nobis. Rursusque exprobatum ait. Quid
vidisti ut hoc faceres? Respondit abraham. Cogitavi
mecum dicens. Forsitan non est timor dei in loco
istot: et interficient me propter uxorem meam. Alias
autem et vere soror mea est: filia patris mei: et non filia
mariti mee: et duxi eam in uxorem. Postquam autem edu-
xit me deus de domo patris mei: dixi ad eam. Hac
inimicorum facies mecum. In omni loco ad quem ingre-
diemur: dicent quod frater tuus sum. Tulit igitur
abimelech oves et boues et suos et ancillas et
dedit abraham. Reddiditque illi saram uxorem suam
et ait. Terra coram vobis est: ubicumque tibi placue-
rit habitata. Sare autem dixit. Ecce mille argenteos
dedi fratri tuo: hoc erit tibi in velamentum oculorum ad
omnes dies que tecum sunt: et quicumque prexeris memeto te de
prebensam. Orante autem abraham sanavit deus abime-
lech et uxorem: ancillasque eius: et peperunt. Conclu-
serat. n. dominus omnes vulvas domus abimelech propter
saram uxorem abraham. **.XXI.**

Uisitavit autem dominus saram sicut promiserat: et
implevit quod locutus est. Concepitque et pe-
perit filium in senectute sua tempore que predi-
xerat ei deus. Vocavitque abraham nomen filii sui
quem genuit ei sara isaac: et circumcidit eum octa-
vuo die sicut precepit ei deus: cum esset ceterum annorum.
Hac quippe etate patris natus est isaac. Dixitque
sara. Risum fecit mihi deus: et quicumque audierit
conridebit mihi. Rursumque ait. Quis audi-
tur? crederet abraham quod sara lactaret filium quem
peperit ei iam senem? Crevit igitur puer et ablacta-
tus est. Fecitque abraham grande convivium in die abla-
ctationis eius. Cumque vidisset sara filium agar
egyptie ludentem cum isaac filio suo: dixit ad
abraham. Hec ancilla haec et filium eius? Non. erit
heres filii ancille cum filio meo isaac. Dure ac-
cepit hoc abraham pro filio suo. Cui dixit deus.
Non tibi videatur aspectus super puerum et super ancil-
la tua. Quia que dixerit tibi sara: audi vocem
eius: quia in isaac vocabitur tibi sem. Sed et filium an-
cille faciam in gentem magnam: quia semine tuum est.
Surrexit itaque abraham mane et tollens panem et
vitreum aquam imposuit scapule eius tradiditque pue-
rum et dimisit eam. Que cum abisset: errabat in so-
litudine bersabee. Cumque confusa esset aqua in vitre
abiecit puerum sub una arborum: que ibi erat: et
abijt. Sed et e regione pecul: quantum potest arcus
iacere. Dixit. n. Non videbo morientem puerum
Et sedens lenavit vocem suam et fleuit. Exau-
divit autem deus vocem pueri. Vocavitque angelus
domini agar de celo dicens. Quid agas agar? No-

li timere. Exaudivit. n. deus vocem pueri: de lo-
co in quo est: Surge et tolle puerum: et tene manum
illius: quia in gentem magnam faciam eum. Apertitque
oculos eius deus. Que videns puteum aquam abijt
et implevit vitreum: deditque puerum bibere: et fuit
cum eo. Qui crevit: et moratus est in solitudine fa-
ctusque est iuuenis sagittarius. Habitavitque in deser-
to pharan. Et accepit illi maritum suam uxorem de ter-
ra egypti. Eodem tempore dixit abimelech et philo-
col princeps exercitus eius abraham. Beatus tecum est in
vniuersis que agis. Iura ergo dominum ne noceas mi-
hi: et posteris meis stirpique mee: sed iuxta misericordiam
quam feci tibi: facies mihi et terre in qua versatus
es advena. Dixitque abraham. Ego iurabo. Et
increpauit abimelech propter puteum aquam: quem
vi abstulerat serui eius. Responditque abimelech.
Nesciui quod fecerit haec res. Sed et tu non indica-
sti mihi: et ego non audiui propter hodie. Tulit ita-
que abraham oves et boues et dedit abimelech.
Percusseruntque ambo fedus. Et statuit abraham
septem agnas gregis seorsum. Cui dixit abime-
lech. Quid sibi voluit septem agne iste quis
stare fecisti seorsum? At ille. Septem inquit ag-
nas accipies de manu mea: ut sit mihi in testimo-
nium quoniam ego fodi puteum istum. Idcirco vocatus
est locus ille bersabee: quia ibi vitreum iuravit: et
inierunt fedus pro puteo iuramenti. Surrexit autem
abimelech et philocol princeps exercitus eius: reu-
sique sunt in terram palestinorum. Abraham vero platura-
uit nemus in bersabee: et inuocavit ibi nomen
dei eterni et fuit colonus terre palestinorum die-
bus multis. **.XXII.**

Ale postquam gesta sunt: tentauit deus
abraham et dixit ad eum. Abraham abraham
At ille respondit. Adsum. Ait illi. Tol-
le filium tuum vniuersum quem diligit isaac: et vade
in terram visionis: atque ibi offeres eum in ho-
locaustum super vnum montium quem monstrauero tibi
Igitur abraham de nocte surgens stravit asinum
suum ducens secum duos iuuenes et isaac filium
suum. Cumque incidisset ligna in holocaustum abijt
ad locum quem precepit ei deus. Die autem tertio ele-
uatis oculis vidit locum pecul: dixitque ad pue-
ros suos. Expectate hic cum asino: ego et pue-
er illuc vsque properantes postquam adorauerimus
reuertemur ad vos. Tulit quod ligna holocau-
sti: et imposuit super isaac filium suum. Ipse vero
portabat in manibus ignem et gladium. Cumque
duo properaret simul: dixit isaac patri suo. Pat-
er mi. At ille respondit. Quid vis filii? Ecce inquit
ignis et ligna: vbi est victima holocausti? Di-
xit autem abraham. Deus prouidebit sibi victimam
holocausti filii mei. Progerunt ergo pariter: et ve-